

P V I S

1 6 1 8





ORATIONES

- I. D. Pelargi de Libro Vitæ Mystico.
- II. Salomonis Frenceli de Jesu Christo Redivivo.
- III. Georgii Czusii Descriptio Holsaticæ seu Cimbricæ Arvis.
- IV. Bernhartini Benifacii Miscellanea Hymnorum &c.
- V. Abrahami Sculteti Conciò Secularis.
- VI. M. Caspari Bucheri Actus Oratorius.
- VII. Actus Inauguralis introductis in Gymnasium Gothicæ Rectoris.
- VIII. M. Thomæ Sagittarii Orationes Duæ.
- IX. M. Laubani Oratio de Disciplina Scholastica.
- X. M. Bucheri Oratio de Sapientia Patris Dno.
- XI. Francisci Schwabii Oratio de Ebrietate et Temperantia.
- XII. Justi Lipsii Oratio de Obitu Johannis Wilhelmi Ducis Saxoniæ.
- XIII. M. Erasmi Schmidt Oratio memoriae Laubmani habita.
- XIV. M. Benedicti Anthonij Oratio Exequialis manib. Johannis Bernharti.
- XV. Programma in funere Pauli Rüdigeri propositum.
- XVI. Programma sub funus Francisci Parsowii propositum.
- XVII. Programma de Doctoratu Quatuor Theologorum.
- XVIII. Syllabus Lectionum Gymnasii in valle Joachimica.
- XIX. Syllabus Lectionum Gymnasii in valle Joachimica.
- XX. Henrici Kitzschii Specimen Oratorium.
- XXI. Henrici Kitzschii Discursus Gemalis.
- XXII. Henrici Kitzschii Centuria Symbolon Chronologica.
- XXIII. De Stella Peregrina.
- XXIV. M. Bernhart de Parelius

EX LIBRIS  
 ILLVSTRISSIMI VIRI,  
 DN. DAN. LVDOLPHI,  
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
 STATUS INTIMI, cetera,  
 BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
 TESTAMENTO RELICTIS.

Lib. 1



HENRICI KITSCHI LIPSICI M.B.  
SPECIMEN ORATO-  
RIUM, *Op 2303*

*De*  
*Adpetitione Honoris, sive Ambitu apud Ro-*  
*manos olim sic satis frequentato.*

Cui accessit  
Analysis Commentarioli Qu. Tullii Ciceronis  
de petitione Consulatus.

*Nec non*  
Constitutio nova super Scholarium Privilegiis & Im-  
munitatibus Frid. I. S. R. I. Monarchæ, semper Augusti, &c.  
*Pensum studiorum amœniorum privatum*

*M. Junii Juliani.*

*Πᾶν τὸ λιμώδρον αὐξεται: ἐλατίζεται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον, Jamblychus.*  
Honore incendimur omnes ad studia gloriæ: jacentq; ea  
semper, quæ apud quosq; improbantur. Cic.



Exscriptum L I P S I Æ  
Per JOHANNEM HERMANNUM,  
*Anno Christiano:*  
VirtVte aMblre DeCet, non prensatlone. (1613.)





Horatius ad Pisonem.

**S**umite materiam vestris, qui scribitis, aquam  
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,  
**a** καδδύνα- *Quid valeant humeri: cui lecta a potenter erit res,*  
μiv. *Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.*  
*Ordinis hac virtus erit, & Venus. —————*


Et lib. i. Serm. Sat. 10.

**S**æpè **b** stylum vertas, iterùm, quæ digna legi sint,  
**b** Cic. Ver- *Scripturus, neq; te ut miretur turba, labores,*  
rin. 4. *Contentus paucis Lectoribus. —————*

Pindarus.

Ὅψον τοῖς φθονεροῖσιν αἰ κακολογία.



  
**MAGNIFICIS,**  
**STRENUIS, REVERENDIS,**  
**CLARISSIMIS, PERSPICACISSI-**  
**mis, & Doctissimis Viris, senili autori-**  
**tate & prudentiâ maximè**  
**conspicuis**

*Dn. CUNRADO à BÖRSTEL, &c.*  
*in Gitz, Güsten & Plotzkau Hereditario: Inclyti Principatus Anhaltini*  
*Camerario: Consiliario intimo & Pro-*  
*vinciali: nec non Tetrarchiæ Bernbur-*  
*gensis ad ripam Salæ Proprincipi, &c.*  
*Deo & Musis consecrato.*

*Dn. ERNESTO à KÖTSCHAVV, &c.*

*Dn. PETRO à SEBOTTENDORF, &c.*

*Dn. HENRICO à VVÜTENAVV, &c.*  
*in minori Paschleben, &c.*

*Singulis Illustris. Principp. Anhaltin. Consilia-*  
*riis gravissimis, & Illustris Gymnasii Ser-*  
*vestani Recuperatoribus, Designatoribus*  
*sapientissimis.*

*Nec*



*Nec non ceteris:*

*Illustris Gymnasii Curatoribus,*

Dn. M. MARTINO FUSSELIO,

&

Dn. M. IOHANNI THEOPOLDO,

Illi Antistiti, Huic Pastori

*Utrisque*

*Theologis Ser vestanis;*

Dn. M. CVNRADO REINHARDO  
Ecclesiæ Bernburgicæ præstiti & Testamentario.

Dn. M. MARCO FRIDERICO VVEND-  
DELINO, Philosopho consummatiss. Gymnasij  
Rectori.

Dn. M. BALTHASARI KISEVVETTE-  
RO, patri, canâ virtute & fide viro, annis-faturo,  
Inspectori & Testamentario emerito, rure do-  
nando.

Dn. IOHANNI SAGITTARIO,  
D. Medico solertissimo, Professore Physiologiæ  
Therapeutiæ.

*Dnnnnnnnnnn. Patronis & favitoribus meis cer-  
tissimis, æternùm colendis, complectendis, Speci-  
men hocce Oratorium;*

Observantiæ testimonium  
grati animi Hypothecam  
clientelæ Hypomnema

*L. M. Q. devotè offero & inscribo Autor.*

*Æ Anno gratiæ per Vnigenitum partæ:*

*Slnt. MæCenates, stVDIa non perlbVnt.*







1

# SPECIMEN ORATORIIUM,

*De adpetitione Honoris, sive ambitu, apud  
Romanos olim sic satis frequentato.*



Vi abdita & involuta Fabularum inte-  
gumentis acie ingenij sui & solertiâ a-  
nimi evolvunt, ac quæ Poëtæ fingen-  
do commenti sunt de impiorum pœ-  
nis in communi vitâ censent reperiri, mihi facile  
persvadent a Ixionis notione ambitiosi hominis  
adumbratam esse imaginem. Ut enim ille pro  
Iunone, cuius amore incensus erat, nubem  
complexus Centauros b fertur genuisse.

a. *Virgil. 4. Georg. & 6. Aeneid. quid memorem La-  
pithas, Ixiona, Pirithoumq; Cic. 2. de N. D.*

b. ἀπό τῆς κενταύρου ἀstimulando. Hinc κέντρον stimulus,  
& κενταυρός homo ferox & injurius, ὄβρις ἡς Gil-  
berto Cognato, feroculus ein Wagehals / ein  
Spötter. Horat. l. 1. Carm. Od. 18. Centaurea monet  
cum Lapithis rixa super mero. κένταυροι ὠμοφά-  
γοι crudivori Theognis, Speckfreter.]

b Centau-  
ri fabulosi,  
Nubigenæ.

Interpocu-  
la rixæ ut-  
plurimum  
oriuntur.

Et hoc libidinis suæ luere supplicium, [c. *Macrob.*  
*lib. 1. c. 10. in Somn. Scipionis* Ἰαμυδάς, cum scribit, illos radiis  
rotarum pendere districtos, qui nihil consilio prævidentes, nihil  
ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, seq; & actus

A. 3.

suos





suos omnes Fortune vagæ permittentes, casibus fortuitis  
semper rotantur Horat. lib. 3. Carm. Od. 11.] ut radiis rotæ  
districtus pendensq; sine fine circumagatur: sic  
isti honoris inconsultâ cupiditate inflammati,  
dum inanem eius speciem amplexantur, nihil  
animo nisi mera monstra concipiunt: Namque  
expectatione suspensi, & nusquam vel mente  
vel corpore consistentes, in ambitionis rotâ per-  
petuò versantur. Quod etiâ Lucretius de Sisy-  
phi d Saxo luculētis sanè versibus interpretatur:

d σιϕ Peloponnes: linguâ Deus & σύφϕ Aëolibus  
q. σοφός sapiens, sicut pro ὄνομα ὄνομα dicunt, q. d.  
ἱερόσοφϕ divinarum rerum gnarus. Nat. Comes  
p. 189. & G. Sabinus.]

d Saxum volvere significat inexhausto & inutili labo-  
re fatigari. Hom. Il. 2. Od. 1. Virg. 6. Æn. Ovid. 3. & 13.  
Metam. It. 4. Fast.

f Inhiat, in  
genti deside-  
rio tenetur. Sisyphus in vitâ quoq; nobis ante oculos est,  
Qui petere à populo e fasces, sævasq; secures  
g Repulsam  
passus. Imbibit; f & semper victus, g tristisq; recedit.

g Repulsam  
passus.

Iudex debet esse  
pronior ad absol-  
vendum, quã ad  
contemnandũ.

Ovid.

Cuncta tentan-  
da, sed immedi-  
cabile vulnus en-  
c recidendum, ne pars sincera trahatur.

e De fascibus Prætorum colligatis, appensis securibus,  
Plutarchus Quæst. Rom. 82. eruditè disserit his ver-  
bis: Cur Prætorum fasces colligati feruntur appen-  
sis securibus? vel propterea quòd ira Magistratus  
non debet esse in proclivi & soluta? vel quòd solutio  
fascium, quæ paulatim fit, moram aliquam iræ inji-  
ciat & cunctationem, ut sententia de supplicio exi-  
gendo mutaretur? Iam cum vitiorũ alia sint sanabi-  
lia, alia insanabilia, virgis corripiebantur, quæ emen-  
dari poterant; securibus secabantur immedicabilia.]

Nam



Nam petere imperium, quod h inane est, nec  
datur unquam;

Atq; in eo semper durum perferre laborem;

Hoc est adverlo i nixantem trudere monte

Saxū, quod tamen à summo jam vertice rursus

Volvitur, & plani raptim petit æquora campi.

Deinde animi ingrata / natura pascere semper;

Atq; explere bonis rebus: fatiareq; nunquam.

His autem Poëtæ verbis: *tristisq; recedit,*

Horatii verborum eodem alludentium admo-  
neor:

Qui dedit hæc hodie, cras, si volet, auferet, ut si

Detulerit fasces indigno, detrahet idem

Pone, meum est, inquit: pono, tristisq; recedo.

Nulli scilicet non tristes discedunt *m* ambitiosi;

sive id quod sequebantur assecuti sunt, quoni-

am intelligunt sibi mox esse deponendum, ut

inviti cogantur *n* in ordinem: sive *o* repulsam pa-

tiuntur, quæ illis morte acerbior.

*m* Ambitiosus honos, & opes & sæda voluptas:

Hæc tria pro trino Numine mundus habet.

I. Bapt. Mantuan. l. i. Sylvar.

*n* Unter die Contribution bringen. Belgæ.

*o* Die Schütte bekommen.

Virtute ambire oportet non favoribus: sat habet

favorum semper, qui rectè facit.

Mitto innumerabiles & incredibiles petiti-  
onis molestias, in qua sæpe subeundi *p* vultus ini-  
mico-

*h* Irrecupe-  
rabilium felix

oblivio rerum

Ferdin. Imp.

i ad. Peri. Geu

Lamb. Hinc

nixurire an-

tiquè pro co-

natu maxi-

mo laborare

k detruditur

El. Vinetus.

l. ἀπλησόν

insatiabile:

quæ gratis

oblata non

accipit: sed

ulteriora se-

per appetit.

Wri.ffe in ein ans

der. Koster geben.

Princeps

neminè à se

dimittat tri-

stem, præser-

tim emeritæ

& Orthodo-

xum.

πῆχθεων δω-

ρα ἀδωρα κῆ

εν ὀνήσιμα



micorum : ignoti pro notis appellandi : supplicandum indignis , & prensandæ vel operariorum dexteræ.

*Apophtb.*

*P. Nasica.*

*IPn Curuli*

*certamine,*

*qui septies*

*salvis qua-*

*drigis ad me*

*tam accesser-*

*at, per reli-*

*quum vitã*

*suavi tran-*

*quillitate*

*fruebatur.*

*Olympioni-*

*ces dictus*

*Pindar. &*

*σύνδραμα.*

*l. i. Offic.*

Quanto ignominia periculo, P. Nasica, postea Princeps, Senatus & vir opt. à P. R. judicatus, satis expertus est: qui cum rustici cujusdam manuum opere duratamprehendisset, & ex eo per jocum quæsisisset, num manibus solitus esset ambulare, levissimo dicto, Nobilissimus juvenis ædilitate Curuli excidit.

[ *Alex. ab Alex. l. 4. dier. Genial. c. 4. Liv. decad. 3. l. 5. tradit alteri Scipioni, post Africano dicto, petenti ædilitatem, cum obsisterent Trib. pl. negantes ejus rationem habendam esse, quod ei nondum ad petendum legitima ætas esset. Si me, inquit, omnes Quirites ædilem facere volunt, satis annorum habeo. Tanto inde favore ad suffragium discursum est, ut Tribuni repente incepto destiterint. ]*

Merito igitur in officiis exclamat Cicero, eloquentia tuba: miserrima est omnino ambitio, honorumq; contentio. Et ea petitionis miseria liberatus Aufonius, jure has pro consulatu

*Verba Auf.*

*q. In Dogia,*

*χερσολια.*

*Gl. Meursii.*

*r. Alex. ab*

*Alex. l. 4. di-*

*er. genial. c. 4*

agit Imperatori Gratiano gratias: Consul ego, Imperator Auguste; munere tuo, non passus septa, neq; campum, non q suffragia, non r punta, non loculos: qui non prensaverim manus: nec consultantium confusus occursum, aut sua amicis nomina non reddiderim, aut aliena imposue-



posuerim : qui tribus non circuiui : centurias non aduavi : vocatis classibus non intremui : nihil cum t sequestre deposui , cum u diribitore t Gell.lib.20. nihil w pepigi, Romanus Populus, Martius Cā- cap.10. pus, Equester ordo, x Ovilia rostra, Senatus, Curia, unus omnia mihi Gratianus.

s Adulatio ἀπὸ τῆς δόξης. Est enim studium ser vile non liberale. Vall. l. 5. c. 66. Malo verbis offendere, quam placere adulando.

u q. d. distributore Cic. & Plin. l. 36. c. 16. Hinc Diribitorium locus Romæ, in quo militum nomina recensentur, ein Musterplatz.

x Lo. us erat in Campo Martio, ouilibus similis, tabulatis distinctus, & marmore structus. Alex. ab Al. l. 2. c. 18. Liv. Dec. 5. l. 6. Plin. l. 16. c. 4. Vlp. L. 1. ff. de rivis.

Infelices alii, quibus cum vulgo negotium est: qui aliquid cum importunâ multorum capitum beluâ contrahunt: & ut quocunq; pacto videantur imperare, multitudini imperitæ foedissimè ancillantur.

y In Iphigeniâ aulide, sive de amore patriæ. z Agamemnon.

Quod de se apud y Euripidem Rex z ille regum ingenuè confitetur: *περὶ ἀτάκας γὰρ τῆς βίης τὸν δῆμον ἔχομεν, τῷ δὲ ὀχλῷ δαλεύομεν.* Ita de Regibus loquitur, quasi populum vitæ arbitrum rerum suarum nacti vicissim insanæ turbæ seruiant. Inde vera vox illa erumpit ex eodem Agamemnone, ubi hominis & vetuli & serui se fortunis invidere ait, beatosque eos iudicat, quibus tutam

Commendatio vitæ privata ac mediocris, quarum omnium maxime tutissima est. Plutar. et Ioa. Spineus de tranquillitate animi.

B

& in-





& a ingloriam vitam traducere liceat; ζηλώ σε γέρον :  
 ζηλώ δ' ἀνδρῶν ὅς ἀκίνδυνόν βίον ἐξεπέρας, ἀγνώστῃ, ἀκλεῆς, τῆς  
 ἦεν ἡμαῖς ἥσασον ζηλώ : & paullò pòst : τῆτο τὸ καλὸν σφα-  
 λερὸν καὶ τὸ φιλότιμον γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσισάμενον,  
 h. e. illud verò decus res est lubrica. Dulcis qui-  
 dem res honor, sed ubi accesserit, tū discruciat.

a ἀδόκιμον, h. e. te felicem judico senex : Nam beatum  
 existimo, quisquis securam absq; periculo transe-  
 git vitam ignotus & inglorius : Qui verò in ho-  
 noribus vitâ persuncti sunt, eos minus beatos duco.

in Thyeste.

In hanc sententiam multa Seneca de huma-  
 narum rerum fatali, in magnatum aulis præfer-  
 tim, conversione edisserit :

Innocentia  
 viri boni sti-  
 mulus est in  
 oculis viri  
 mali.

Stet quicumque volet potens aula culmine lubrico,  
 Me dulcis saturet quies, obscuro positus loco  
 Leni perfruar otio : nullis nota Quiritibus  
 Aetas per tacitum fluat : sic cum transferint  
 Mei nullo cum strepitu dies, plebeius  
 Moriar senex. Illis mors gravis incubat  
 Qui notus nimis omnibus, ignotus moritur sibi.

Sapientis potissimum munus est seipsum nosse,  
 quid valeant humeri, quid ferre recusent. Con-  
 sulatur Politiani Rusticus.

Multa prætereo quæ in ea fabula dicuntur  
 δημοφώνως, & quibus facile comprobatur, ambi-  
 tiosos in quolibet Magistratu, nihilo meliore  
 conditione esse, quàm vilissima Saturnaliorum  
 tempore mancipia. Immò interdum deterio-  
 re conditione sunt, quod in Domino ejusmodi  
 nulla



nulla possit esse dignitas, quæ minus turpem  
 reddit servitutem: cum præsertim *τὸ θερίον πολυ-  
 κέφαλον* planè sit, ut in Axiocho scribit Xenocra-  
 tes, referente Stobæo, *ἀχάριζον, ἀψίκορον, ὠμόν, βα-  
 σκανον, ἀπλάδδον*, naturâ ingratum, insolentiæ &  
 fastidiû plenum, sævum, invidum & ab omni  
 humanitate, vitæq; melioris cultu prorsus alie-  
 num, aversum. Verùm hîc ego non statui vul-  
 gū accusare, quod nullo negotio faciat minimè  
 disertus; sed prætextata vulgi mancipia: ipsamq;  
*φιλοτιμίαν & φιλαρχίαν*, ut omnium malorum fon-  
 tem, & ex quo manant perniciosæ simultates,  
 funestæ seditiones, pestifera bella, & luctuosæ  
 rerum publicarum everfiones. Itaq; istuc ut o-  
 mnia, præclarè Aristoteles, ubi de Lacedæmo-  
 niorum republica differit, quod Spartæ institu-  
 tam à Lycurgo petitionem magistratuum ve-  
 hementer improbat. Aut enim emtis suffragiis  
 creantur indigni, quo nihil absurdus & iniqui-  
 us: aut eblanditis renūciantur digni (blanditiæ  
 sunt merum viscus erroris) ad quos ultrò vel re-  
 cusantes deferendi sunt magistratus: neutri au-  
 tem ambitione vacant, in qua nihil est sani &  
 sinceri: *οὐδὲν ὑγιὲς καὶ ἐλικρινὲς* secundum diverbi-  
 bium; cum ad omnia scelera, quæ quidem vo-  
 luntate suscipiantur, homines vel honoris vel

Laertius l.2

Hor. 2. Ser.

Non est con-

filiū in vul-

go, nō ratio,

non discri-

men, non di-

ligentia.

Cic. pro Pl.

l. 2. Polit.

Non perso-

na, sed res.

*ἔδοκεν αἰτῶ-*

*εἶναι, non vi-*

*deri sed esse.*

Ticho à Br.

Nicht der scheint

sondern das sein.

Externa e-

nim forma

*ἐξ ἀπαλοῦσι*

*αἰθεράκου.*

B 2

pecu-





pecuniæ studio impelli consueverunt. Aristoteles quoq; & omnis augustioris sapientiæ Magister Plato, gravissimè reprehendit, τοὺς σκιαμάχοντας πρὸς ἀλλήλους ἢ σασιάζοντας περὶ τοῦ ἀρχεῖν, ὡς μεγάλα βλάπτει ἀγαθοῦ ὄντος : eos qui de honore, ut de umbrâ stultissimè dimicant turbasq; cient, & tumultus de imperio & principatu uti de ingenti aliquo bono. Nec alio pertinet, quod ex eodem Platone refert Cicero: similiter facere eos, qui inter se contendunt, uter rempublicam administraret, ut si nautæ certent, quis potissimum eorum gubernet. C. Cæsarem, summum virum, nisi transversum nimia rapuisset gloria, M. Cato unum agebat ex omnibus sobrium ad rempublicam evertendam accessisse: opinor, ut id ostenderet, maximam partem, velut ambitione temulentos, capeffere: ibiq; cuncta ruere & miscere, quod tunc nullis amplius cohibeantur rationis frenis & modestiæ. Hoc nempè Circaeo poculo mentes hominum valdè immutantur, & ut ait Salustius: ambitio multos mortales falsos fieri subegit: aliud clausum gerere in pectore, aliud promptum in lingua: amicitias inimicitiasq; non ex re, sed ex commodo aestimare: magisque vultum quam ingenium bonum habere.

*Aliud loqui,  
aliud sentire  
Machiavel-  
licum, sed à  
Diabolo Or-  
cino pfectū.*

*Secundum scripturam enim sermo noster debet esse Ne & Ne.*

[Vt



[*Ut nusquam minus quam in bello & scholis respondet  
eventus, sicut de Hannibale proditum est apud Livium: sic  
Prothei isti ( Wetterhane ) nunquam minus veridici sunt, Garve canē.  
quam cum maximè fallunt.*]

*† Non persona, nec res sed emolumentum. Captatores  
faverrimi.*

Nusquam ergò meliùs conveniet Urbanissi-  
mi Poëtæ Lucilij tanquam è tripode profectus  
versiculus:

*Pertica pictorum, veri nihil, omnia ficta.*

Postquam tamen se isti Prothei varias in formas  
fallendi causâ vertêrunt, non ideò iis concedi-  
tur, quod olim Attellanis ut è scena personati  
exeant. Sed velint nolint, ut ceteris histrionibus,  
in spectante populo, persona detrahitur, & tunc,  
ut ait Petronius:

*Vera redit facies, dissimulata perit.*

Atque ut uulla virtutis & prudentiæ simulatio  
potest esse diuturna, quidam suo iudicio astuti  
& callidi deprehenduntur in magistratu non  
plus sapere quam visum sit eorum apparitori-  
bus. Quod si veteris verbi memores essent *δεξι* *Lingua ma-*  
*τον αἰδέα δεινότητι*, cautius incederent, rectâq; gra-  
derentur ad laudem viâ: nec per anfractus & di-  
verticula famam quærentes, invenirent infami-  
am: ac dum coli & suspici volunt, redderentur  
in purpura saltantes simiæ.

[*Simij barbitonfores. Non igitur mittenda falx in alienam dit.*

B 3

mes-

*Huyffauff.*

*Decempeda.*

*Meßrute.*

*Sunt Asia*

*populi, Ju-*

*stin. Troius*

*lib. 36.*

*Larvati.*

*Fasnachts*

*Brüder.*

*Lingua ma-*

*li pars pessi-*

*ma servi.*

*Des Brodt ich*

*esse / des Lied ich*

*singe.*

*Magistratus*

*virum ostent*



meffem, ut docet Apologus. Quadrat in eos, qui barba pallioq;  
adſimulant ſanctimoniam. Erasm. Chil. 2. Cent. 7. ad 10. Pha-  
vorinus ap. Gellium barbam & pallium quidem video, ſed non  
Philofophum.]

Dies me citius, quàm oratio deficiat, ſi am-  
bitionis enarrare coner, & quàm peſtilens ſit id  
vitium exemplis docere; quæ utinam pauciora  
eſſent, nec nova quotidie præberent Tragoediis  
argumenta, ἡ δὲ φύσις τῆτου αἰτία προδέρτα τοῖς ἀγαθοῖς  
ἀπασιν καὶ κήρους συμφύτους, ut inquit eruditiffimus  
& accuratiſſimus Historicus Dionyſius.

l. 5. ſub finē,

τῆς παλαι-

κῆς δεχασ-

λογίας, pag.

468.

Hiero. Wol-

fius ex Cic.

Deus ſem-

per ad bonū

unū adjun-

xit mala

duo. Epictet.

[Omnia enim honeſta & utilia videntur utentibus, quan-  
do quis rectè illis utitur, turpia verò & detrimentoſa, quando  
malos patronos ſunt naçta. Hujus autem rei cauſſa eſt ipſa na-  
tura, quæ addit omnibus bonis quaſdam etiam inſitas peſtes.]

Eius rei cauſſam natura ſuſtinet, quæ cum bo-  
nis omnibus ut mala juſſit exoriri & ſuboleſce-  
re; ſic cum gloriæ ſtudio in animis hominum  
inſevit neſcio quid populi otio juris æquabili-  
tati libertatiq; inimicum. Quanquam ſi ve-  
rum agnoſcamus, eam ipſe ſibi populus perni-  
ciem ſemper attulit, qui licèt legibus plurimis,  
utputa Calphurnia, Cornelia, Bebia, Fabia, Pœ-  
telia, Tullia deniq; ambitum coërcuerit, pecu-  
nia multarit, notarit ignominiâ, damnarit ex-  
ilio, ſua tamen nunquam voluit eſſe ſuffragia.

In Ora. πρὸς

εἰρήνην.

Quo nomine diſertiſſimus Rhetor Iſocrates ci-

ves



ves suos objurgat, πλείους, inquit, τιθέμενοι λόγους ἄλι-  
γον αὐτῶν φρονήσομεν [de iis legibus loquitur, quibus ambitus  
& largitio capite sanciebatur.]

Permultas ferimus leges, perpauca sive po-  
tius nullas observamus. Mox subjicit: τοὺς τῶτο  
Φανερώτατα ποιῶντας στρατηγούς χειροτονούμεν, eos qui  
luce palàm id faciunt, qui præsenti pecunia ari-  
doq; argento nostra suffragia in Comitibus nun-  
dinantur, Duces & Imperatores deligimus. *in Trinam.*  
Plautinus etiam Stasimus idem queritur:

*Nunc mores nihil faciunt quod licet, nisi quod lubet*

*Ambitio jam more sancta est liberaq; à legibus*

*Petere honorem pro flagitio more fit*

*Strenuos præterire more fit.*

*Mores leges perduxere iam in potestatem suam,*

*Ea misera etiam ad parietem sunt fixa clavibus ferreis,*  
*ubi malos mores affigi nimio fuerat equius.*

*Neq; quicquam hic vile nunc est, nisi mores mali,*

*Eorum licet jam messem metere maxumam.*

*Nimioq; hic pluris pauciorum gratiam*

*faciunt pars hominum, quam id, quod profit pluribus.*

*Ita vincunt illud conducibile GRATIAE,*

*quæ in multis rebus obstant odiosaq; sunt.*

*remoramq; faciunt rei privatae & publicae.*

*Scuta abij-  
cere, fugereq; more  
habet licen-  
tiam. Tales  
sunt præ-  
σπιδες De-  
mostheni.  
in Prologo.  
Gunstius &  
Glimphius  
jus pvertit.*

Beati qui attendunt ad verbum, hoc, beatiore quicapi-  
unt, beatissimi qui faciunt & imitantur.

His accedat, quod scribit in Attici vita Cor-  
nelius Nepos, ut obiter maculam quæ illis inse-  
dit & inveteravit deleam: Honores, inquit, non  
petiit,



petiit, cum ei paterent propter vel gratiam vel dignitatem: quod neque peti more majorum, neque capi possent conservatis legibus, ni tam effusis ambitus + largitionibus, neque geri sine periculo, corruptis civitatis moribus. In quibus verbis emendavi geri pro regi, quod mendose legitur, & mendosius Reipublicæ. Conjecturamq; meam adjuvat ordo verborum & sententiæ, Peti, Capi, Geri. Quorsum, inquires, ista de ambitione propemodum ambitiosa disputatio? ne quis fortè miretur ambitionis præcepta tam accuratè à Q. Cicerone conscripta: quia si quid in eo vitii, id totum morum ac temporum fuit: quibus nonnihil indulgendum & servendum esse, ne Philosophi quidem negant.

[Regula aurea: καὶ τὸ λατρεῖν μὴ ἑαυτοῖς ἀντιπνεῖν ἀνέμοισιν  
Phocyl.

*Temporibus semper cautus servire memento,  
Nec refrare velis adversum flamina venti.]*

Fuerint hæc, dicat aliquis, Marco Tullio, ut Candidato, perutilia: quid inde tandem ad nos & ad studia juventutis perventurum est commodi jam intermorta & penè sepulta ejusmodi honorum petitione? Aut quid attinuit relictis tot præstantium auctorum libris hunc potissimum, in manus sumere? Mihi non deerit quid respondeam. Nec vereor ne arguar mendacii, nul-

Mit der Silberne  
Büchse schießen.

Joseph. Val-  
danus lib. 1.  
Conjectura-  
rium.



nullum videlicet in Lingvâ Latinâ libellum esse, qui ad Historiæ Romanæ, Ciceronis ac Livii cognitionem plus afferat adjumenti: quoniam absq; eo esset, multa quæ ad veterem Comitiorum rationem pertinent, nesciremus, atq; horum ignoratione sæpè cogeremur in turpissimis erroribus versari. Pendebat enim è Comitiiis amplitudo civitatis & omnis P. R. majestas. Si quidem jubere aut vetare leges; pacem bellumve decernere, societatis & foedera cum Regibus & populis contrahere vel dissolvere: honores & imperia mandare: statuere de capite civis, non nisi Comitiiis licebat. Quæ si maxima fuisse, ut fuerunt, concedimus: eorumque frequentissimam esse in libris mentionem, simul fateamur oportet, rerum Romanarum scriptoribus intelligendis plurimum prodesse Q. Tulli Commentarium. Sed ille vel solo Fratris nomine unicuique notus commendatusque esse debet. Quare finem faciam si quàm brevissimè vitam ejus moresque perstrinxero.

Q. Cicero Marco fuit natu minor, ita facili ac proclivi ad Poëticam ingenio, ut quatuor Tragœdias diebus sedecim absolverit. Pomponiam Abtici sororè duxit uxorem, ex qua

C

*l. 1. sat 10. Felicitas non unicuique data præterquam nostrâ memoriâ Eobano Hasso.*

*Franciscus  
Robertellus  
de Comitiiis,  
p. 71.  
Comitiorum  
dignitas &  
majestas.*

*Ducentos  
scripsit ante  
cibum ver-  
sus toties cœ-  
natus, Hora-  
tius de seipso*



tum filium sustulit, nec Patre \* nec Patruo dignum. Habitavit in ædibus paternis, quibus ei cessit frater, ut amicorum clientiumq; causa in Palatium migraret.

\* ἡρώων ἀνδρῶν τέκνα πῆματα, à viris egregiis perinde quasi fato quodam id accidit, ut improbi proficiantur filij. Aristid.

In Gallia Legatus Cajo Cæsari fortem fidelemq; Imperatori operam navavit semel atq; iterum in hybernis innumerabilibus hostium copiis circumfessus. Legatus postea M. Fratri Proconsuli fuit in Cilicia: Præturam adeptus intra eum honorem stetit, & ex Præturâ Asiâ nactus Provinciam, ei parum secundâ † famâ & existimatione præfuit. Breviore statura eam fuisse declarat fratris jocus, qui cum in Asia Clypea-

*Cavillū in fratrem jactatum. Dimidiū plus toto, de mediocritate Hesiodus.* tam ejus imaginem ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam conspexisset, frater, inquit, majus dimidius major est, quàm totus.

† Plutarch. Propter explicationes, de prædationes q. ne pilum quidem relinquere, Aufspülen/Secrmachen.

*ἀνέσται φρένες ἐσθλῶν, Hom.* Iracundiæ libertisq; suis nimium indulgit, quamvis mollissimus ad deponendam offensivam. Valdè laudandus ob insignem in Fratre restituendo pietatem, nisi magis vituperandus esset, quod sic averso & alieno in eundem animo fue-

fue-



fuerit aliquando ut compulerit ardentem dolore, hanc attexere clausulam Epistolæ: Hæc ad die natali meo scripsi: quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eâdem matre postea natum esset. Interfectus est à Conquisitoribus \* proscriptorum ( *Bauditen* ) paulò post indignissimam fratris cædem. Nec diu scelus impunè tulit Philologus, à quo proditus dicitur, quia mox venit in potestatem uxoris Pomponiæ, que inusitatis audituq; formidolosis exemplis excruciatum necavit. Hæc ex Ciceronis Epistolis, Caji Cæsaris commentariis, Plutarchi Cicero- ne, Macrobbii Saturnalibus, Suetonii Augusto, excerpere satis habui & indicare, unde plura, qui volet, petat. Cætera suis locis, si Deus aliquis benignè nos respexerit, commodiùs persequemur.

*l. 9. epist. 11.*

\* *Satellites*

*sive Lictores*

*res Budeo.*

*Plant. Am-*

*phit. & Ci-*

*cero pro Mi-*

*lone. Obser-*

*vatores, e-*

*missitios o-*

*culos geren-*

*tes, Kundschaft-*

*fer. Spioni/ Auf-*

*späher.*

His adjungantur pro mantissa P. Manutii, Viti Amerbachii, Henrici Glareani, Iohannis Glandorpii, & P. Rami commentarii luculenti in Ciceronem & Cæsarem.

C 2

EPI-



## EPI T O M E,

five

*Analysis commentarioli Q. Ciceronis,  
de petitione consulatus.*

*Summa ca-  
pita Com-  
mentarioli.*

1. Exordium nimis breve: quo se non fratris docendi, sed amoris causa illum ipsum commentariolum scripsisse palam profitetur.

*Verba textus.*

2. Tria autem fratri considerata proponit, 1. Qui sit. 2. Quid petat. 3. Civitas quæ sit, ubi petat his verbis, 1. Novus sum. 2. consulatum peto. 3. Roma est.

3. Novitatem nominis dicendi gloria sublevandam esse.

4. Inde copiam amicorum & gratiam adfuturam.

5. Subsidia ipsi præstò esse majora quàm competitoribus, Antonio præsertim & Catilinæ: quorum mores vitamq; reprehendit, & docet omnibus vel contemptos vel invisos.

*Uodis alpe-  
tis.*

6. Magnitudo petitionis hinc æstimanda, 1. quod summum locum civitatis petit, 2. quod invidebunt Consulares eum illi honorẽ, 3. quòd nati familiis Consularibus, nec eum adepti & Prætorii pariter, 4. quod multi invidi in populo, 5. quod irati multi ob causas contra se actas.

7. Ad-



7. Adversus ea contraria illi studia incumbendum in summam rationem, curam & diligentiam petitionis, quæ dividitur 1. in amicorum studia, 2. & popularem rationem sive voluntatem.

*Petitionis  
Nigæris  
gemina.*

8. Amicorum nomen in petitione latissimè patet, 1. amici enim vocantur, qui quocunq; modo nobis favent. 2. Sed quidam ex honestiore causâ nobis amici sunt, ut cognationis, affinitatis, necessitudinis. 3. In amicis sunt sodales, tribules, vicini, clientes, liberti, servi deniq; nostri. 4. Accedant illustres homines ad speciem: concilientur magistratus, qui Comitibus præfunt: & ii qui conficiunt vel tribuunt centurias.

*Amicitia  
nomen latissimè patet.*

9. Amici ejusmodi & studiosi suffragatores, tribus modis parantur:

10. Beneficio, si quid tibi debebunt, ut tunc referant gratiam, orandj.

11. Spe, si quid à te commodi expectabunt: quod genus multò solet esse officiosius & diligentius.

12. Benevolentia, h. e. studio voluntario vel gratuita propensione voluntatis.

13. In iis considerandum, quid & quantum quisq; nostra causa velit & possit, ne frustra in iis præsidium statuamus, qui vel nolint, vel non possint.

C 3

14. Ad-



14. Adjungendi deniq; omnes Senatores,  
*Triples or-* Equites, Plebei, Urbani, Rusticani, municipia,  
*do ap. Rom.* Coloniae, Praefecturae, juvenes & adolescentes:  
 tota postremo Italia.

15. Ab amicis ejusmodi postulatur 1. ut salu-  
 tent, 2. ut deducant, 3. ut affectentur: Inde tria  
 genera officia praestantium Candidato.

*Mein Lieber.*

16. Salutatorum: qui domum manè veni-  
 unt salutatum, & quorum hominum est officium;  
 retinendi tamen ad speciem.

*Plures ma-  
 nus, pauci-  
 ora corda.*

17. Deductorum: quorum majus officium  
 & illustrius, à quibus certis temporibus incam-  
 pum deducitur Candidatus.

18. Affectatorum: qui partim voluntarii,  
 partim obligati: illi rogandi, hi flagitandi: eo-  
 rumq; magna conficienda frequentia.

19. Constitutis amicis, discernendi firmi à  
 fucosis & simulatis: notandaq; obrectatorum  
 & adversariorum tria genera.

*Plumbeas  
 iras geren-  
 tes, irrecon-  
 ciliabiles.*

*Die falsche Art.*

20. Unum eorum quos læsisti, cum contra  
 eos diceres, quomodo leniendi.

21. Alterum eorum, qui sine causâ nō amant:  
 qui de illâ pravitate animi abducendi sunt.

22. Tertium eorum, qui competitorum a-  
 mici sunt, iis inserviendum eadem ratione & o-  
 ratione, quâ superioribus duobus.

23. Se-



23. Sequitur popularis voluntas, sive popularis ratio: Nam supra petitio divisa est in amicorum studia & popularem rationem.

24. Ea desiderat Nomenclationem, ut nomine quemq; appellando nosse eum videaris.

25. Blanditiam: non illam quæ deteriore alium assentando facit: sed quæ reddit amicitiam: estq; petitori pernecessaria.

26. Absiduitatem, 1. ut nusquam absis, 2. habites in oculis civium. 3. premas forum, 4. appelles sæpè obvios.

27. Benignitatem (ἀειγερία) in convivii celebrandis passim & tributim, atq; etiam in opera præbenda 1. ut aditus diurni ac nocturni ad Candidatum pateant. 2. ut etiam vultus ac frons, quæ est animi janua, 3. & comis sit oratio benignè pollicendo, vel bellè negando. Molestum enim verbum, teste Seneca, **ROGO** est.

28. Interdum enim durior est ejus oratio, qui recipit, quàm ejus qui jocundè negat se facturum: suntq; qui malint nos sibi mentiri, quàm præcisè negare.

29. Plures quoq; reperiuntur, qui rogant ut liceat uti alterius operâ, quàm qui utantur.

30. Rumorem: ut bona de nobis, nostraq; petitione & suffragatorum amicorumq; frequentia

*Præsentiū  
habetur ratio,  
in aulis  
præsertim.*

*Præsentes  
capiunt, ab-  
sentes carēt.*

*Ἐπλάστειν  
Betteln/ bitten  
und suppliciren/  
est juris com-  
munis.*

*a ὄψιν ἴσθαι  
hacten  
Columella;  
bis dat, qui  
citò dat.*

*ὠκεία χά-  
ρις γλυκε-  
ρώτερα δέει,  
Palladas.*

*Nihil amari  
us rogatione.*

*Officiosum  
mendacium,  
Augustin.*

*Colligere bo-  
num rumo-  
rem.*



quentia fama spargatur, & à nobis optimum & potentissimum quemq; stare.

31. Spem in republica: ut spes bona sit & honesta de nobis opinio apud omnes ordines.

*Candidati  
requisita.*

32. 1. Senatus existimet defensorem auctoritatis suæ, 2. equester ordo studiosum ocii, 3. plebe non alienum à suis commodis.

*ἀνακεφα-  
λαίωσις.*

33. Reliqua est pars tertia primæ & secundæ divisionis, 1. Novus sum, 2. consulatum peto. 3. Roma est.

*Difficile in-  
vidiam ef-  
fugere.*

*φθόνος  
φόνος.*

*Munera pla-  
cant homi-  
nesq; homi-  
nesq;.*

*χρηστότης  
ἰδύ.*

*Die Hände ver-  
sibern.*

*ἀρχυρέαις  
λόγχοις  
μαχητίον.*

*Oracul.*

*Congruunt*

*ἰκνικὲ Ex-  
ordium &*

*Peroratio brevitate arguta. Virgil. in Eclog.*

34. Civitas scilicet ex nationum conventu, ubi insidiæ, fallacia, superbia, invidia; quæ omnia effugere perdifficile est: eloquentiâ tamen & patrocínio multorum tolletur aut minuetur offensio.

35. Largitionis postrema est mentio, cui jam adsuevit civitas, & quâ præcipuè populus capitur.

36. Integritate tamen certandum erit, & terrore iudicii ambitus coërcendi competitores, ita ut metu acerrimi Oratoris aut largitio nulla à competitoribus fiat, aut nihil valeat.

37. Peroratiuncula succinctissima, & simillima exordioli: quæ brevitatis sanè arguta in Oratore ut eniteat hoc opus hic labor erit. Desino nunc, sat enim prata biberunt.

*Appen-*



*Appendicula.*

Friderici I. Roman. Imper. S. A. Constitutio nova super Scholarium privilegiis & immunitatibus, posita in Codice Iustiniano, libro IV. *Filius non sub titulo XIII. ne Filius pro patre.* *portabit iniquitatē patris.*

Habitâ super hoc diligenti inquisitione Episcoporum, Abbatum, Ducum, & omnium iudicum, & aliorum procerum sacri nostri Palatii examinatione, omnibus qui causâ studiorum <sup>a</sup> peregrinantur Scholaribus, & maximè Divinarum atq; sacrarum legum Professoribus, hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi, quàm eorum nuncii veniant, & in iis secure habitent. Dignum namq; existimamus, ut cùm omnes bonafacientes, nostram laudem & protectionem mereantur, quorum scientiâ totus mundus illuminatur & ad obediendum DEO, & nobis ejus ministris vita subditorum informatur, quadam speciali dilectione, eos ab omni injuriâ defendamus. Quis enim eorum non misereatur, qui amore scientiæ facti exules, de divitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sæpè hominibus (quod graviter ferendum est) <sup>b</sup> corporales iniurias sine causâ perferunt?

D

runt?


*Filius non portabit iniquitatē patris.**Palatii Lateranense.**a ἡ ἀλάνη**τίηλα βίον**σοφρονέσει**ρον. Zwing.**method. A-**podemica,**pag. 31.**Boni prote-**ctionem me-**rentur.**Scientia fru-**ctus duo.**Scholares**miserabiles**persona, pro-**pterea favo-**re comple-**ctendi.**b Verbales*



*etiam, dicto* runt? Hoc igitur generali & in perpetuum vali-  
*& facto of-* turâ lege decernimus, ut nullus de cætero tam  
*fensas sus-* audax inveniatur, qui aliquam Scholaribus in-  
*nere cogun-* juriam inferre præsumat, nec ob alterius cujus-  
*tur.* cunq; provinciæ delictum sive debitum (quod  
*Delinquen-* aliquando ex perversâ consuetudine factum au-  
*tibus etiam* parcendum. divimus) aliquod damnum eis inferat: scitu-  
*Transgres-* ris hujusmodi sacræ constitutionis & temeratori-  
*foribus, vio-* bus, & etiam ipsis locorum Rectoribus, qui hoc  
*latoribus,* vindicare neglexerint, restitutionem rerum ab-  
*Martial. l. i.* latorum ab omnibus exigendam in quadruplum:  
*Pœna qua-* notaq; infamiæ eis ipso jure irroganda, dignita-  
*drupli.* te suâ se carituros in perpetuum. Veruntamen si  
*Scholaribus* litem eis quispiam super aliquo negotio move-  
*coram judi-* re voluerit: hujus rei optione datâ Scholari-  
*ce competete* bus, eos coram Domino vel Magistro suo vel  
*lis denunci-* ipsius civitatis Episcopo, quibus hanc jurisdic-  
*anda,* onem dedimus, conveniat. Qui verò ad alium  
*Judex in-* judicem eos trahere tentaverit, etiamsi causa ju-  
*competens.* stissima fuerit, tali conamine cadat. Hanc autem  
*Declinatio* legem inter Imperiales Constitutiones, scilicet  
*fori.* sub titulo: Ne filius pro patre, &c. inseri volui-  
*d Roncha-* mus. Datum apud Roncalias, *d* Anno Domini  
*lias legitur* M. C. LVIII. M. Novembri.  
*l. 2. Feudor.* Haud longè à Placentiâ super Padum est. *Viruncalia legit.*  
*Lichcénarius.* Abr. Ortelius in *Thesuro Geographico,* *de Rôpreca* &c.

E I N I S.











Jc 1253

ULB Halle 3  
001 852 930




sb.

MC


VD 17











XIX

HENRICI KITSCHI LIPSICI M.B.  
SPECIMEN ORATO-  
RIUM, *Ch 2303*

*De*  
*Adpetitione Honoris, sive Ambitu apud Ro-*  
*manos olim sic satis frequentato.*

*Cui accessit*  
Analysis Commentarioli Qu. Tullii Ciceronis  
de petitione Consulatus.

*Nec non*  
Constitutio nova super Scholarium Privilegiis & Im-  
munitatibus Frid. I. S. R. I. Monarchæ, semper Augusti, &c.  
*Pensum studiorum amœniorum privatum*

*M. Junii Juliani.*

*Πᾶν τὸ κινώμενον αὐξεται: ἐλαττεται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον, Jamblychus.*

Honore incendimur omnes ad studia gloriæ: jacentq; ea  
semper, quæ apud quosq; improbantur. *Cic.*



Exscriptum L I P S I Æ  
Per JOHANNEM HERMANNUM,  
*Anno Christiano:*  
Virtute a Mblre De Cet, non prensat lone. *(1613.)*